

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110

Tractatus theologicus de doctrina christiana s. de rudementis christ. fidei -
Ettenheim-Münster 99

Cartier, Gallus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Praefatio

[urn:nbn:de:bsz:31-110904](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110904)

Tractatus Theologicus.

De
Doctrina Christiana
Seu

De rudimentis fidei Christiana.

Profatia.

Qui cogitat extruere aedificium perfectio-
nis Christianae, necessario prius ponere debet ejus
fundamentum, deficiente quippe fundamen-
to, aut umbra erigitur structura, aut erecta cor-
ruit. Neminem autem latet, quin rudimenta
fidei sint fundamentum spiritualis aedificii,
sive perfectionis Christianae, adeo quidem, ut,
ubi illa ignorantur, vel in confuso solum te-
nentur, necessario langueat fides, quae lan-
guente, illius teporem in vita Christiana
enasci necesse est. Cum igitur compositum
habeamus, multos saepe, saepe juvenes ad Mo-
nasteria convolare, quin prius in saulo Doctri-
nae Catholicae, prout oportet, imbuti fuerint
aut ea solum obiter, et, ut dicitur, in circumlo-
noverint; hinc opera pretium arbitrati sumus,
principia Christianae Doctrinae, quantum sal-
tem homini Christiano sua perfectionis cupido
sive convenit, et necesse est, breviter explicare,
ut ea demum mentibus Tyrorum inculcen-
tur, inque in illis graviter exerceantur, qua-
tenus primo veluti lapide ad turrim perfectio-
nisposito, illam eo facilius consummare va-
leant. Porro Majores nostri totam hanc
salutarem Doctrinam Symbolo Apostolorum,
Sacramentis, Decalogo, et Oratione Dominica
comprehenderunt. Ad haec quatuor caetera,
quae ad fundamentum nostrae Religionis specta-
re videntur, facile reduci possunt. Nam omnia,
quae Christianae fidei disciplina tenenda sunt,
sive ad Dei cognitionem, sive ad mundi creatio-
nem, et gubernationem, spectant, sive ad bo-
norum praemia et malorum poenas pesti-

2.
neant, Symboli Apostolici doctrinam continentur.
Ea vero, quae signa sunt, et tanquam instru-
menta ad gratiam divinam consequendam,
septem Sacramentis concluduntur. Jam vero,
quae ad leges referuntur, quorum finis est cha-
ritas, Decalogus sunt descripta. Quinque
denique ab hominibus optari, sperari, ac la-
cubriter peti potest, in oratione Dominica
comprehenditur. Ex quo necesse est, ut ex-
planatis quatuor hisce communibus Chris-
tianae fidei locis, nihil fore ad eorum intelli-
gentiam, quae homini fidei pro adipiscendo
perfectioris Christiano fundamento discenda
sunt, desiderari amplius possit.

Ut autem in hoc fidei Christianae fu-
dimentorum tractatu debitum servaremus
ordinem, placuit eundem in tres partes dis-
partire, quae variis capitibus et paragraphis
continerentur. Prima exhibet ea, quae ad
fidem pertinent. Secunda complectitur ea,
quae ad Spem spectant, aut ad eam referuntur,
vel eadem opponuntur. Tertia denique expo-
nit ea, quae Charitatem, vel quae ad eam
reducuntur, tangunt. Tribus ergo hisce
Theologicis virtutibus Doctrina Christiana
Summa continetur, aut ad eas refertur.

~~Quibus omnibus questionem praelimina-
rem de vera Christiana idea praemittimus.~~
Quibus omnibus questionem praelimina-
rem de vera Christiana idea praemittimus.